

¶ * * ¶ * * ¶

ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΙΑΣ THERAPIAE
SPECIMEN XIII.

DE
FLVXV INTESTINORVM.
C R I T I C O

P R A E S I D E

D. IOANNE ERNESTO HEBENSTREIT
THERAPIAE P. P. FACULTATIS MEDICAE DECANO.
LIPSIAE DIE IV. IVLII MDCCXLIX.
IN AVDITORIO MEDICO
HORA X. AD XII.

DISPUTABIT
IOHANNES GEORGIVS ROTHER,
LIPSIENSIS.

Materies morbi, motibus naturae criticis excitata, conuenientibus^{a)} vti vel humorum textura fert, vel loci affecti propinquitas id postulat, organis, vel deponitur interea vel expellitur.^{b)} Cum autem vitio

haud

a) Ἄ δε ἄγειν ταύτη ἄγειν ὅκου ἀν μάλισται ῥέπῃ ίδια φύσις διὰ τῶν συμφερόντων χωρίων. HIPP. Aphor. Sect. I. Expl. GALENV in Commentario ad hunc locum.

Ευμφέρονται δὲ ἐξι χωρία κενώσεσιν εὐτεράτε χρή γατήριν καὶ κύσις καὶ μήτρα καὶ σύμπαντὸ δέρματα πρὸς τέτοις ἀν δὲ ὑπερῶσι τε καὶ ρίνες:

b) Πολλάκις ἀποσάσης ἔυρομεν καὶ μόνον τοῦ κατ' ἀπόθεσιν ἀλλὰ καπὲ τῶν ἐκκρίσεων. GAL. Comm. 3. in Libr. 6. Epid. Hippocr.

Quae dicere oportet, ducenda sunt quorsum natura maxime vergit, per conuenientes locos.

Conuenientes autem loci euacuationibus sunt intestina et venter et vesica et uterus et vniuersaliter cutis et super his palatum et nares.

Saepe secessus humorum inuenimus, non tantum per depositionem sed etiam per euacuationes.

A

AB

2 DE FLVXV INTESTINORVM CRITICO.

haud careant, illae conualescendi rationes, quae, nouo morbo, per *ἀπόσυστω* inducto, celebrantur, satiusque semper sit, si optio datur, secedere de corpore res nocentes, quam quiescere et relinquere; Proinde praestantius esse illud naturae opus videbitur, quo morbi euacuando sanantur, secundarium forte negotium est, quod, translatione mali ad partes facta, geritur. Oportet ergo de euacuationibus salutis causa suscep-
tis primo loco exponi. Harum veluti omnium, hinc singularum, virtutes sunt, τὸ spontaneum ^{c)} sufficientia ^{d)} tem-
poris opportunitas ^{e)} ad locum excretorium aptitudo ^{f)} et, si fieri possit, facilitas. ^{g)} Quo autem patentioribus viis, humo-
res secedunt noxii, eo plus aeger proficit. Hinc maximi saepe morbi, acuti aequi ac chronici, fluxibus ad canalem alimen-
torum redeuntibus, iudicantur eo conuenientius, quo certius primarum viarum vel viscerum his respondentium noxae, ex-
cretionibus, proxime ad mali fontem institutis, in ipsis haud raro natalibus opprimuntur. Haec etiam est ratio, pro-
pter quam salubres intestinorum fluxus inter reliquos primi
nomi-

c) Ἔκκρισις ἀντομάτη. GAL. Comm.
II. in Progn. Hipp.

"Οτι δὲ τέτων ἀντοματήσει, λύει τὸ νόση-
μα: GAL. Comm. 4. in Hippocr. de diaeta acutor.

^aΑντόματα ἀφελέει. HIPP. περὶ χυμῶν.

d) Πᾶν τὸ πολὺ τὴ φύσει πολέμιον.
HIPPOCR. Sect. 2. Aph. 3.

Πᾶντα τὰ μετρία μᾶλλον γνώμενα κακά:
HIPPOCR. Sect. 2. Aph. 4.

e) Ήν ἐν καιρῷ τι γένοιτο βέλτιστο.
HIPPOCR.

f) Τὰ κωρέοντα μὴ τῷ πλήθει τεκμιζ-
εῖσθαι ἂλλ' ὡς δὲ κωρέη οὐα δῆ. HIPP. de Humor. Libro.

g) Οταν δὲ ταῦτα μηνύωνται, μηδὲ ἀυ-
τὴ ἡ φύσις ἐκεῖσα ἀφει, ἀνάγκας ἔνρηκεν
ἵσιν ἡ φύσις ἀξύμως βιασθεῖσα ἀφίησι:
HIPPOCR. de Arte.

Spontanea euacuatio.

Quidquid horum spontaneum fuerit,
morbum soluit.

Spontanea sufficiunt.

Omne nimium naturae inimicum.

Quaecunque plus quam modulus
fert sunt, mala.

Si quid in tempore fiat, optimum.

Quae abscedunt non multitudine
aestimentur, sed si secedant, quae
oportet.

Dum ista indicantur, nec ipsa natu-
ra sponte dimittit, necessitates in-
uentae sunt quibus natura haud vio-
lenter adacta dimittat.

nominandi esse visi mihi fuerint, quorum prior, vomitus, veluti ad vitam sanam et morbos auertendos haud parum confert^{h)} in morborum etiam variorum decursu feliciter euenire solet. Illi autem, prae reliquis, morbi, effusione humorum ex ventriculo per os facta, recte breuique negotio soluuntur, quorum causae intra priimas vias, quo titulo organa chylopoeitica insignimus, sedent, siue ab introductis, siue a sponte nascentibus rebus noxiis solicitetur ventriculus, siue, qui vomendi sunt, humores ex toto homine per villos intimae tunicae ad cauum deferantur, siue ex cognatis visceribus per tubos communicantes adducantur, aut ex osculis vasorum sanguiferorum ad caua hiantium, quod salutare aliquando est, materia vomenda proueniat.ⁱ⁾ Paulo equidem laboriosius,

hepatis

h) Τοῖσι συμποῖσι καὶ νεογνοῖσι παιδίοισι ἔμετοι. HIPP. Aphor. Seft. III. 24.
Πρὸς τὸς συμβαίνοντας ἔμέτρας τοῖς πλοιζομένοις, τοῖς μὲν πρώτοις γιγνομένοις ὑπεράδιον ὑπερχρήσιμον ἀντιτάσσεθαι, πάντα γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἔιωθεν ὠφελεῖν. Δῆδὲ μετὰ τὸν ἔμετον μὴ πολλὰ μηδὲ τὰ τυχόντα βριώμαται προσφέρεθαι, ἐπὶ πλήνω δὲ χρόνου πλειόνων γενομένων ἔμέτων τῷ ὑποστολῇ τροφῆς σφοδροτέρᾳ χρησέον: δῆδὲ καὶ βλέπειν ὡς ἦκιται ἡς τὴν θάλασσαν ἔως ἡς τὴν θαλασσὰν ἔλθῃ ἐν τῷ πλοιῷ διατριβῆς καὶ τοῖς ὄδασι δὲ προσέχειν, ὅπως μὴ θολερὰ μήτε δυσώδη μήτε ἀλυκὰ ἔησι. RAVLVS Libr. I. νεοπλοιζομένοις δίαιτα.

i) Τὰ ἔμέμενα ἐκκρίνεται ποτὲ μὲν ὡς πλήνωτε καὶ βαρύνοντα τὸν κοιλίαν, ὡσπερ ἐνιστῶτε τὸ πλῆθος τῆς τροφῆς, ὅτε δὲ ὡς ἀνιῶντας καὶ δάκνοντας, καθάπερ ὅταν ὁξώδης ἡ κυτσώδης ἡ πικρὰ καὶ δριμῆς κατὰ τὴν ἀπεψίαν ἡ προσενεχθῆσα γένηται τροφή: Τέτη τοῦ γένης ἐσὶ καὶ τὰ χολώδη καὶ φλεγματώδη καὶ ὁρρώδη περιττώματα τὰ τούτοις γενόμενα καὶ ὅσα συρρέν πέφυκεν ἡς

Paruulis et recens natis infantibus, vomitus.

Contra vomitus, qui nauigantibus eueniunt, et prima vice contingunt, nec facile, nec vtile, quidquam opponi, omnibus enim modis, ut plurimum solent prodesse. Oportet autem post vomitum, non multos, nec fortuito oblatos cibos apponi. Longiore autem tempore, plufimis vomitibus factis, subtractione ciborum pertinaciōre vtendum, oportet autem frequenter prospicere in mare, donec ad consuetudinem vitae nauticae perueniat, et aquis animus aduentus, ne vel putridae sint vel graueolentes vel falsae.

Vomenda expurgantur, aliquando vti superflua et grauantia ventriculum, veluti quandoque multitudinem ciborum, aliquando, vti afflgentia et mordentia, veluti, quando acidus et nidorosus aut amarus aut acris, tempore apepsiae, oblatus fuerit cibus; huius generis etiam sunt biliosae et phlegmaticae et serofae

A 2

ἀντὴν

4 DE FLVXV INTESTINORVM CRITICO.

hepatis ductus, qui bilem vtramque duodeno tradunt, emunguntur vomitu, cum commodior omnino sit fells, quod *κάτω* purgatur, deiectio;^{k)} Est tamen in illo muscularum imi ventris et diaphragmatis conatu, in quo vomitus rationes prae reliquis consistunt, singulare aliquod, quod hepatis canales felleos compellere valet momentum.^{l)} Propterea in morbis omnibus, sunt autem plurimi, ab immorigera bile^{m)} ortis, dum maxime in ictero, fel flauum, viride, nigrum ore reiici opportunum est et valde salubre.ⁿ⁾ Licet enim et illud prospere eueniat, si bilis vtraque, impedimen-

tum

Διπλὴν ἔξοδον τε ζώσ τῆς ἐξεως: Καὶ αὐτόγε τὸ αἷμα τὸ ἄε τὸν κοιλαν ἐκχυθὲν ἐμέν αὐτὸν ἀναγκάζει. GAL. de Sympt. Causis Lib. 6.

k) *Τῶν καὶ ὑπὲρ λυπέντων ἐκκενθῶσι χρηζόντων ἐπιτήδειοι δοταὶ κατὰ τὴν γαστέρα καὶ ταύτης ἀυτῆς, βελτίων ἢ κατω, τῆς δὲ ἐμέτων.* GAL. Comm. 1. in Hipp. Aphor.

l) *Ἐκκενθῶσι μὲν δύπτε χρὶ τε ὑπατος ὅσον ἀθροίζεται κατ' αὐτὸ τετε πικροχόλια χυμὶ καὶ τῶν ἐκ τῆς φλεγμονῆς ἵχωρων: Τέτο δὲ ἐκ ἀν γένοιτο χωρὶς τε διαρρύπτεσι μὲν τὰ κατὰ τὸ σπλάγχνον ἀγγήνα, τὸν δὲ ἄε τὸν νῆστον καθίκνουτα πόρον ἀνατομεῖσι:* GAL. Method. med. Libr. 13.

m) *Αθροιζομένη κατὰ τὸν τόμαχον χολὴ.* GAL. Comm. in Hippocr. librum de vietu in morbis acutis.

Δῆξες ὑπὸ δριμέων χυμῶν ἢ τοι κατ' ἐντέρων ἢ κατὰ γαστέρας γενομένη καὶ μάλιστα ἀυτῆς κατὰ τὸ τόμα: GAL. Comm. 2. in Libr. Hipp. de Vietu in morb. acut.

n) *Ἐπιγενομένη χολώδεις ἐμέτε παραχρῆμα συνέβη πάντων ἀπαλλαγῆναι τῶν ὄχληρῶν: Τινὲς δὲ ὥτω παθέντων ἐμεσαν φαῖσι καὶ τινὲς ὄμοια πράσις χυλῷ.* GAL. de Locis affectis Libr. 6.

superfluitates tum quae ibidem nascuntur, tum quae in eundem (ventriculum) confluere solent ex totius animalis habitu. Et ipse etiam sanguis in ventriculum effusus eundem ad vomendum adigit.

Eorum, quae hepar affligunt et vacuatione indigent, destinationes versus ventriculum, sed hac ipsa quae vomitu fit, melior ea, quae deorsum.

Euacuari nempe oportet quidquid intra hepar colligitur et biliosi humoris et corruptorum ex aliqua inflammatione succorum: Hoc autem fieri nequit nisi vasa ipsius visceris euacuentur et, qui ad *ieiunum* dicit, canalis aperiatur.

Collecta in Ventriculo bilis.

Rosio ab acribus succis, siue intra intestina siue ventriculum facta, maxime autem in eius orificio.

Superueniente vomitu bilioso statim contigit omnibus mutari turbidis; quidam, qui ita patiebantur, vomebant fusca et quidam similia prasii succo.

tum introitus ad iejunum superare haud valens, venis hepaticis absorpta, cordi data, circumducta, cutem pingit, quam excretionem, nisi morbum ipsum, symptomata certe grauiora morbi soluentem, *criticam* recte appellavit **GALENVS**; ^{o)} fatius tamen, conuenientius semper ac optabilius est, hepatis faecem, vomitibus obortis, antea quam sanguinem subeat, in limine tolli morbumque in ipsis natalibus suffocari. Similiter, febrium, a bile aliaque primarum viarum illuuiie accensarum, continuaene an intermitterentes fuerint, acidis, amaris, viscidis, indigestis ^{p)} aliquando etiam purulentis ^{q)} vomitu reiectis, mitescunt, nec raro, sine vlla alia euacuatione critica, sola soluuntur emesi. Inest adeoque vomitui singularis, succos varios acres solidis ruinam intendentes, et veluti venenosos ^{r)} anteaquam ad sanguinem progrediantur, proiciendi, efficacia; hinc nulla adest ratio quapropter ille inter motus criticos stare haud possit, insunt enim illi omnia, quae crisi faciunt: motus ipse ab humoris rebellis textura et acredine excitatus, ^{s)} spontaneum, coctio, tempus, morbi folu-

^{o)} Χολής ὡχράς ἀνάχυσις ἐς τὸ δέρμα γενοιλένη κριτικῶς ὥσπερ ἄλλα τινὰ τῶν ἀποσκημμάτων: **GAL.** de Locis Affectionis Libr. 6.

^{p)} Τινὲς ἐν πυρετοῖς ἔθεασάμην σπαθέντας ἐξαιφνίς ὕδεν προηγησαμένῳ σημεῖῳ τῶν προδηλώντων σπασμὸν, οἷς, ἐπιγενομένης χολώδεις ἐμέτες παραχρῆμα συνέβη πάντων ἀπαλλαγῆναι τῶν ὅχληρῶν. Τινές δὲ ὑπὸ πλήθεις ἐδεσμάτων μοχθηρῶν βαρυνομένοι, καρώσεις ἐγίνοντο, μέχρι τὴν τὰ δλίβοντα τὸ σόμα τῆς κοιλίας ἐξεμέσαι πάντα. **GALENVS** de locis aff. 6.

^{q)} Ἐπὶ φύματος ἂσω ρήξεως ἔκλυσις εἰμετος. **HIPP.** Aphor. Sect. VII. 8.

^{r)} Οἱ ἐν τῷ σώματι χυμοὶ ἐς φαρμακοδέας ποιότητας ἐκτετρύπεται. **GALEN.** de Euchym. et Cacoch.

^{s)} Καὶ οἵσι μὲν ὀξύτητες προσίσανται

Bilis flauae effusio in cutem facta critice, uti alia quae illuc secedunt.

Quosdam in febribus vidimus convulsos subito, nullo praecedente signo, quae spasnum praedicerent, quibus, superueniente bilioso vomitu, statim omnibus mutari turbidis contigit. Quidam a copia ciborum indigestorum grauati, torpidi facti sunt, donec ea, quae os ventriculi premebant, vomuissent omnia.

Ab abscessu intus rupto solutio, vomitus.

Succi in corpore in venenosas qualitates conuertuntur.

Quibus acidæ cruditates accumu-

A 3

δριμεῖσι

6 DE FLVXV INTESTINORVM CRITICO.

solutio^t) vel certe euphoria, maxime si adsit facilitas^u) et humoris, quem hac via purgari oportet, conuenientia. Plurimum tamen saepe obest, quo nimus *critici* esse vomitus possint, quin imo pessimi symptomatis indolem habent haud pauci, dum refractarii sunt et steriles^x) magnas anxietates^y) sitim, sudores frigidos^z) secum afferunt, nec vomenda, sanguinem^a)

stercora

θριψεική τε καὶ λάδεες, οἷα λύσσαι καὶ δηγίες σπλαγχνῶν καὶ θάρυκος καὶ ἀπορίης: εἰ παύεται τὰ τέλεα πρότεραν, πρὸν ἀποκαθαρτῆς τε καὶ κατασφρεθῆ καὶ μικρῆς τοῖσιν ἀλλοισιν.
HIPP. de veteri Medicina.

t) Ἐν τῇσι ταραχῇσι τῆς κοιλίης καὶ τοῖσι ἐμέτοισι, τοῖσιν ἀυτομάτως γνομένοισι, ἢν μὲν οἷα δὲ καθαίρεσθαι καθαίρωνται, ξυμφέρει τε καὶ ἐυφόρως φέρονται, ἢν δὲ μή, τ' εγκατίσθιον. HIPP. Aph. Sect. I. 2.

Ἀυτομάτως γνόμενοι ἐμέτοις κρίσεως λόγω.
GAL. Comment. 3. in Prognost. Hipp.

u) Ἐμέτος δὲ ἀλυπότατος φλέγματος καὶ χολῆς συμπειμιγμένος; μή πολὺς δὲ κάρπα ἐμέθω. ibid.

x) Τὰ μικρὰ ἐμέσμετα χολώδεα εἰς χρήσιμα. HIPP. Coac. Praenot.

y) Λσωδέες ἀνεμέτως κακόν. HIPP. Coac. Praenot.

z) Ἐμέτοις ἀσωδέες. HIPP. Prorh.

Ἐμέσμετα ἀκριτα, ἀσώδεα πουηρά. HIPP. Praediſt. I. 62.

a) Οκόσοι αἴματα ἐμέστην, ἢν μὲν ἀνευ πυρετοῦ, σωτύριον, ἢν δὲ ξὺν πυρετῷ, κακόν: HIPP. Aphor. Sect. VI.

Ἐντι δὲ θανάτιμος δὲ ἐρυθρὸς ἐμέτος καὶ μάλιστα εἰ μετὰ ἀνάγκης ἐμέσοιτο ἐπωδύνει.

HIPP. Coac. Praenot.

Iantur et acres et virulentae, quales anxietates et morsificationes intestinorum et thoracis et desperatio, non quies ab his est prius, quam ex purgata et restaurata et mixta cum aliis fuerint.

In perturbationibus alii et vomitibus sponte factis, si, quae oportet purgari, purgentur, conductit et bene se abinde habent aegroti, si minus, contrarium.

Sponte facti vomitus ad legem crises.

Vomitus facillimus, qui phlegmate et bile miscetur: Ne autem nimium vomatur.

Paruae vomitiones biliosae non bonae.

Anxii non sequente vomitu, malum.

Vomitus cum anxietate.

Vomitiones male mixtae cum anxietatibus, malae.

In omni purgatione abundante refrigerium cum sudoribus exitiale, et qui, vomituentes sicciculosi: in his malum.

Qui sanguinem vomunt, si sine febre, salutare, si cum febre, malum.

Est autem lethalis ruber vomitus et maxime si cum conatu vomatur doloroso.

stercora^{b)} eiiciunt, continui sunt^{c)} nigri^{d)} coloribus variantes^{e)} foetidi^{f)} morbisque sua natura dubiis, ab afflictis neruis, superueniunt.^{g)} Non minus commoda primis viis expurgandis^{h)} est, aluina proluuies et alternas haud raro, cum vomitu critico vices gerit i) illo tamen mitior optabiliorque; quare etiam hepatis faeces biliosae versus intestina,

b) Ἐπὶ ἀλεῷ ἔμετος κακόν. HIPP. Aphor. Sect. VII. 10.

Ἐιλεωδεσιν ἔμετος κακόν. HIPP. Coac. Praenot.

c) Καὶ ἔμετοι μετὰ ποικίλας κακὸν, ἄλλως τε νυχὶ ἐγγὺς ἀλλήλων λόγτων. HIPP. Praedict. I. 61.

d) Τὸ ἔμειψενον πρασσεῖδὲς οὐ πέλιον οὐ μέλιν νομίζειν χρὴ πονηρὸν εἶναι. HIPP. Progn.

Οσκόσοισιν ἐκ νευημάτων δύσσων οὐ οὐ πολυχρονίων οὐ οὐ τρωμάτων οὐ οὐλῶς πως λεπτυνομένοις χολὴ μέλινα οὐ διοῖον αἴρει μέλιν επέλθῃ, τῇ οὐεραίῃ ἀποθνήσκεισι. HIPPOCR. Aph. Sect. IV. 11.

e) Τάχισον δὲ θάνατον συμαίνει οὐ πέλιος νυχὶ κακώδις (ἔμετος.) HIPP. Coac. Praen.

Ἐι πάντα τὰ χρώματα οὐ ἀνθρωπος ἔμεει κάρτα ὀλέθριον τέτο γίνεται. HIPP. Prognost.

f) Πᾶσαι δὲ οἱ ὑπόσαπτοι νυχὶ δυσώδεες θειαὶ κακοὶ ἐπὶ πᾶσι τοῖσι ἔμεσομένοισι. HIPPOCR. Praenot. 85.

g) Ἐπὶ τρώματι χολῆς ἔμετος ἐπιγενόμενος, κακὸν, νυχὶ μάλιστα ἐπὶ τοῖσι κεφαλικοῖσι: HIPP. Coac. Praenot. 507.

h) Τὰ ἐν ταῖς πρώταις φλεψὶ περιπτώματα ὑπηλάταις ἐπικαθαίρονται. GALEN. Constit. med.

i) Ὅπο διαρροίας ἐχοιτένω μακρῆς, ἀπὸ ταυτομάτων ἔμετος ἐπιγενόμενος, λύει τὴν διαρροιαν, HIPP. Aph. Sect. VI. 15.

Ab Ileo vomitus, malum.

Vomitus cum colorum varietate malum, praeterea si prope sint ad inuicem.

Vomitu reiectum, prasinum et plumbeum et nigrum aestimandum, malum esse.

Quibus, ob morbos acutos aut diuturnos aut vulnera, aut alio modo extenuatis, nigra bilis aut qualiscunque sanguis niger superuenit, postridie moriuntur.

Celerrimam mortem designat, liquidus et foetidus vomitus.

Si omnes colores vomat homo, valde lethale hoc.

Omnes subputridi et foetidi odores mali in omnibus vomitu eieciunt.

Post vulnus vomitus superueniens, malus, et maxime in capitibus vulneribus.

In primis venis superfluitates, alio expurgantur.

A diarrhoea magna correpto, sponte vomitus superueniens soluit diarrhoeam.

8 DE FLVXV INTESTINORVM CRITICO.

intestina, sua natura diriguntur ^{k)} et a medicis illuc deducuntur. ^{l)} Ast non vna etiam est ratio, propter quam aluinæ deiectiones remotioribus partibus salutares et proficuae esse possint, quandoquidem saepissime euenit, vt turbidi humores circuli lege ex nobilioribus visceribus abrepti, tum aliis collatoriis, tum tunicae intestinorum villosae, salutis causa applicentur et euacuentur. ^{m)} Ita variorum morborum in ferosa colluuie consistentium naturae aptum est, fluxu aluino, propter villosae tunicae indolem, sanari posse, et experientia rationi subscribit. ⁿ⁾ Est enim ferosorum humorum omnium quaedam ad intestina veluti destinatio, ex legibus circuli fluens, qua, totius hominis faburra ^{o)} ad canalem alimentosum, eo facilius allegatur feliciusque purgatur, quo maior est tubularum halantium per internam intestinorum superficiem frequentia. Fauet proinde vt ex multis exemplis pauca adducam, ophthalmiae, aluina proluuies, ^{p)} fauet etiam febribus,

non

^{k)} Καθ' ἡπαρ ὁδυνώδεσι πυάδεσι κατὰ κοιλίην προίονται. HIPP. Coac. Praenot.

^{l)} Τὰ ἐν τοῖς σιμοῖς τῷ ἡπατος πρὸς ἔντερα προτρέψομεν. GAL. Constit. med.

^{m)} Διαφέσεις ἐκάνουει ὅταν χυμοὶ τίνες ἴνοχλεύντες πρότερον ἐτέρῳ μορφῇ καταλιπόντες ἐκάνο ἡς ἔτερον μετατωσιν ἀπότασις καθ' ἐκροὺν ἢ ἔκκρισιν. GAL. Comm. 3. in Libr. 6. Epid.

ⁿ⁾ Τοῖσιν ὑδρωπιώδεσι ἐς κοιλίην ῥωγέντος τῷ ὕδατος, λύσις. HIPPOCR. Coac. Praenot.

Τὸς λευκοφλεγματῶντας διάρροια πάνει. HIPPOCR. Coac. Praenot.

^{o)} Ήν ὑπὸ λευκῆ φλέγματος ἐχομένῳ διάρροιας ἰχυρὴ ἐπιγένηται λύει τὴν νεύσον. HIPP. Aphor. Seft. VI.

^{p)} Ἐκ τῶν σάματος ἡς τὰ κατὰ γαστέρας συρρέει δικινάδει περιπτώματα. GALEN. de Sympt. Causis Libr. 6.

^{q)} Οφθαλμιῶντα ὑπὸ διάρροιας ἀλληγορίᾳ αγαθόν. HIPP. de Iudicat. Libr.

Iuxta hepar dolentibus puri similia per aluum procedunt.

Quae in sima hepatis parte sunt, ad intestina ducamus.

Illae dispositiones, quando succi quidam tumultuantes in alia parte, illam deferentes in aliam migrant. Abscessus, secundum fluxum aut euacuationem.

Hydropicis, in aluum perrumpente aqua, solutio.

Leucophlegmatia correptos diarrhoea solatur.

Si ab albo phlegmate detento diarrhoea fortis superueniat, morbum soluit.

Ex corpore in viscera abdominis confluunt superfluitates.

Ophthalmia laborantem a diarrhoea corripi, bonum.

^{ρ)} Οφθαλ-

non equidem omnibus, sunt enim, sudoribus ac vrinis iudicandae, quae fluxum aluinum aegre ferunt,¹⁾ sed illis, quarum causae in visceribus intestinali tubo connascentibus, hepate, liene, pancreate, sedent, veluti intermittentes plerasque esse puto, illisque, quae metastaseos lege, quod sudoribus ac vrinis, propter impedimenta, purgari nequit, alio deiciunt.²⁾ Oportet adeoque etiam diarrhoeis, ut euacuationis criticae titulum mereri possint, ea inesse momenta, quae commodas et salubres efficere possunt excretiones quascunque alias. *Vim vitae ne frangant, nec a commodioribus organis excernenda liquida, reuellant.* Tales nocebunt phthisi pulmonica confectis,³⁾ dum, quod trahendo morbo par est, sputum, oborto fluxu intestinali, opprimunt. Morbo quodam languido detentis et summe debilibus⁴⁾ opportunae esse haud poterunt aluinae fluxiones, vti nec illis, qui lenta febre absuntur: *Motus criticos ne anteuerant, nec febrium primordiis sint synchronae;* laudat proinde HIPPOCRATES deiectiones in febribus epidemicis, quas ventris perturbatio praecesserat.

¹⁾ Οφθαλμιῶντι διάρροιαι χρῆσιμον. HIPP. Coac. Praenot.

²⁾ Οφθαλμιῶντα ὑπὸ διάρροιης λυφθῆναι, ἀγωγόν. HIPP. Aphor. Sect. VI.

³⁾ Κοπῆ ὁ ἄνθρωπος ὑπὸ τῆς ἔξυνεχέος ἐξανατάσεως καὶ ἀγρυπνοΐης ἀν, εἰ δὲ ἀθρόου πολλάκις διαχωρέει, κινδυνος λειποῦμεναι. HIPPOCR. Progn.

⁴⁾ Ρωδεῖς πυρετοῖ δι μετὰ βύσεως κοιλίας, πολλάκις δὲ καὶ ἐμέτων. Autor Defin. GALEN.

⁵⁾ Τπὸ φθίσεως ἔχομένοις διάρροιαι ἐπιγενομένη θαυματώδεις. HIPP. Aphor. Sect. V. I4.

⁶⁾ Οσοις φθισικοῖσιν ἐπιγίνονται διάρροιαι, θυμόκρετοι: HIPP. Coac. Praen.

⁷⁾ Τὸ, κωματώδεσι, νενωθρευμένοισιν, ὑγρὸν διαχώρημα, κάκισον. HIPP. Coac. Praenot.

Ophthalmia laboranti diarrhoea salutaris.

Ophthalmia laborantem a diarrhoea corripi, bonum.

Affligitur homo a continuo ad defidendum stimulo, et vigilat et si confertim saepe secedit, periculum, ne animo delinquat.

Fluidae febres, quae cum fluxu aliui, saepe et vomitibus.

Phthisi correpto diarrhoea superueniens, lethalis.

Quibuscumque phthisicis superueniunt diarrhoeae, moriuntur.

Somnolentis ac torpidis eueniens deiectione fluida, pessimum.

B

cesserat.^{a)} Nulla tamen huic excretioni, vti nec aliis, certa lex, ad dierum numeros, scripta est. Saepe materiae peccantis copia praecoces alui fluxus secum affert.^{x)} Frequentes, et breui tempore multae, nocent.^{y)} Causam morbi secum auferant. Praestant adeoque bile tinctoriae faeces^{z)} intra febres, quandoquidem albae certissimum, hepatis obstructi, mittunt nuntium hinc omen habent.^{a)} Commode fecedant faeces, nec inani conatu intestina vellicent.^{b)} Mature ad spissitudinem^{c)} reuertantur.

u) Ἐπὸ κοιλίης ἐρεθισμῷ σμικρῷ κόπρανα λεπτὰ, οἷα ἀπεπτα πολλὰ δίησι μετὰ πόνου. **HIPP.** Epid. Libr. 2. aegr. 2.
Ἐπὸ κοιλίης ἐρεθισμῷ ὑγρὰ τυραχώδεα δηλθε μετὰ ἐλαττων. **HIPPOCR.** Epid. Libr. 2. aegr. 12.

x) Ἡ φθάνεσσα τὸν συνήθη καιρὸν ἔκκρισις, τῆς κοιλίας ὀδαξύμενης τε υγρὴ κεντυμένης ὡς ὑπὸ δάκνουστος, ἢ ὡς ἀλλότριου υγρὴ ὥκι διπλού ἀποθύμενης, γίγνεται. **GAL.** de Sympt. Causis Libr. 6.

y) Τυρὸν διαχώρημα υγρὸν ἀθροού υγρὸν κατὰ μικρὸν, κακόν: **HIPP.** Coac. Praenot. 609.

z) Περίπλυσις κοιλίης, ἢ τῶν λεπτῶν κατὰ σύστασιν ὑγρῶν διαχώρησις υγρὴ χολῆς ὀλίγης μικρότερη: **GALEN.** Comm. in Hipp. Prorrhet.

a) Λευκοὶ ἀτ διαχωρίσεις γίνονται μὴ καταρρεύσης ἐξ ὕπατος ἢ τὴν γαστέρα χολῆς: **GALEN.** Comm. 3. in 3. Prorr. Hipp.

·A: λευκοὶ διαχωρίσεις δύσκολαι. **HIPP.** Prorr. I.

·E: Εκλευκυν διαχώρημα ἐν πυρετῷ ὥκι ἔυκρινές: **HIPPOCR.** Coac. Praen. 615.

b) κοιλίη διαβορβορίζεσσα κεναῖς ἀναστάσεσι, δύσκολος: **HIPP.** Prorr. I.

c) Ἐν τῷσι τῆς κοιλίης ῥύσεσιν ἀτ μεταβολὴ τῶν διαχωρημάτων ὀφελέσση. **HIPP.** Aphor. Sect. II.

Ab alui stimulo paruo faeces tenues indigestis similares exhibant cum dolore.

Ab alui stimulo fluida turbulenta exhibant cum vermis.

Praeuertens consuetum tempus effluxio, alioe admorsa et compuncta, tanquam a re acri, et veluti alienum et non domesticum quid expellente, fit.

Liquida faex et copiosa et saepe ac parum fluens, malum.

Illuuiies alui, tenuium quoad consistentiam liquidorum secessus est, et parca bile mixtorum.

Albae deiectiones fiunt, non defluente ex iecinore ad ventrem bile.

Albae deiectiones difficiles.

Alba faex in febre non bene iudicatur.

Alius murmurans, irritis ad desiderandum conatibus, difficilis.

In alui fluxibus faecum mutationes proficuae sunt.

tur. Quaecunque autem alui deiectiones nescientibus fiunt,^{d)} vel sua consistentia, colore, odore, solidarum partium destructionem produnt, viscerisque labem^{e)} hoc ipso innuunt, laudari sane nequeunt, inque anticipi aegros versari, denuntiant. Veluti autem consideratio alui medica, motus na-

turae

^{d)} Θανατῶδες δὲ καὶ πῶν ἐσὶ διαχώρημα τὸ ἀναισθήτως διεξίσυ. HIPP. Coac. Praenot.

Mortifera omnis est deiectionis, quae sine sensu procedit.

^{e)} Συντήξεωσχηματικός συπεδόνος συμβασιούς κοιλίας ρύσεις λιπαροὶ καὶ δυσώδεες καὶ ιάκοσμοι: HIPP. Aphor. Sect. II. Exponente GALENO in Commentario 2.

Colliquationis, et putredinis signa alui fluxus pingues et graueolentes et foetidae.

Θανατῶδεις ἐσὶ τῶν διαχωριμέτων τὸ λιπαρὸν καὶ τὸ μέλαν καὶ τὸ πελιὸν μετὰ δυσωδίης: HIPP. Coac. Praenot. 631.

Lethiferae ex faecibus, pinguis et nigra et liuida cum foetore.

^{f)} Εξέρευθρον ἐν περιπλύσει διαχώρημα φλαῦρον, φλαῦρον καὶ τὸ σφόδρα χλωρὸν ή λευκὸν, ή ἀφρῶδες ὑδαρές, καὶ τὸ μικρόντε καὶ γλυκρόν καὶ λεον καὶ ὑπόχλωρον, κακόν. HIPPOCR. Coac. Praen.

Rufa in proluuie faex, mala, mala etiam valde viridis et alba, et sputumosa et aquosa et parca et mucida et leuis et subuiridis.

Θανατῶδεις δὲ καὶ αἱμοδότην ἀιματῶδεις, πωλὺ, θρομβῶδεις. HIPP. Coac. Praen.

Lethiferum, sanguinem fluere multum, thrombis mixtum.

Τὰ μέλανα ὑποφανόμενα διαχωρίμικτα, καθάπερ ἀιματος τρύξ, συπεδόνα τηνὲ λαβόντος, ἀλλοκότον, μεγάλην κάκωσιν ἐνδεινυμένα τὰ σπλάγχνα. GAL. Comm. 4. in Aphor. Hipp.

Quae subnigra apparent stercora veluti sanguinis putredinem habentis faex, plerumque magnam indicant visceris labem.

Μελάνων διαχώρησις κακόν. HIPPOCR. Coac. Praenot.

Nigrorum deiectionis mala.

^{g)} Τδαρές δὲ κάρτα ή λευκὸν ή χλωρὸν ή ἐρυθρὸν ιχυρῶς ή ἀφρῶδες διαχωρέειν, πουηρά ταῦτα πάντα: Τετέων δὲ θανατωδέσερι ἀνέη τὰ μέλανα, ή λιπαρὰ ή πελιὸν ή ἴωδεα ή κάκωσμα: HIPPOCR. Prognost.

Aquosum autem valde aut viride aut rubrum valde aut sputumosum deiici, mala haec omnia. Magis autem his mortiferae sunt faeces nigrae, pinguis, liuidae aut virosae aut foetidae.

turae criticos versus canalem intestinorum directos dijudicat, sic illa, ex faecum inspectione, viscerum chylopoeorum statum tam sanum ^f) quam morbosum, signis a colore sterorum desumptis, percipit, ut albae faeces icterum, ^g) sanguine mixtae varia sanguinis per hepar transiendi impedimenta, ^h) quandoque intestinorum erosiones, ⁱ) aridae, globosae, caprinis similes, fluidi defectum et caloris augmentum, et si quae alia sunt, ^k) significant.

f) Διαχώρημάτε ἐξὶν ἄρισον τὸ μακρακὸν τε καὶ ξυνεπικός καὶ τὸν ὄρην ἕπεται καὶ ὑγιανόντι ὑπεχώρει, πλῆθος δὲ πρὸς λόγον τῶν ἀσιόντων. HIPP. Progn.

g) Λευκὴ διαχώρησις ὕδιον τῶν ιτερικῶν σύμπτωμα: GAL. Comm. I. in I. Libr. Hipp. Prorrh.

h) Ἐξέρυθρος περίπλυσις ἐν ταῖς ἡπατικαῖς διαθέσεσιν. ibid.

i) Ἀιματικὴ ξύσματα διαχωρέοντα. HIPPOCR. Prorrh. 2.

k) Διαχωρήματα συγκεκαυμένα πυρώδη τὴν ἐν ὅλῳ τῷ σώματι διάθεσιν ἔνοικοι συμπλαινει. GAL. Comm. I. in 3. Libr. Epid. Hippocr.

κοιλίαι ἀπολελαμμέναι, σπικρὰ καὶ μέλαναι σπυρωτώδεις πρὸς ἀνάγκην χαλᾶσαι. HIPP. Prorrh. I.

Faeces sunt optimae, molles, consistentes, hora sanis consueta, secedentes et copia ingestis pares.

Albae faeces proprium sunt Ictericorum Symptoma.

Rubra proluvies, in morbosis hepatis constitutionibus.

Sanguis cum tunicarum ramentis secedens.

Faeces adustae, calidum totius corpori, dispositionem indicant.

Alui obstructae paruam nigram globosam faecem difficulter excernentes.



~~vgl. 225, 4 ff.~~

Path. gen. 8179

